

un' intimità ancor
più grande.

Altro motivo per
invidiarlo essi cer-
tamente non han-
no.

qui certe plurimum suo merito dilexit; familiaritate vero etiam
maiore; utrisque his^(a), ut michi quidem videor, non ambitiose aut
alicuius iniuria. preter hec vero quid sit in me cui invidere pos-
sint, non video, qui, ut pauca possideo, ita multa non quero.

(a) *Cod.* utraque his

«tatio ad fideles nomine sum-
«mi pontificis facta pro unione
«Ecclesie.

«Popule meus, popule meus, quid
«amplius potui tibi facere et non feci?
«ecce enim, filii in Christo dilectissimi,
«dum salutem vestram totis visceribus
«in ipso salutis Auctore zelamus, om-
«nem et extimationem nostram et vo-
«luntatem pro vobis abicimus, parati
«nihil fieri, ut ipsi tandem aliquid
«etiam fieri incipiat. Deus enim
«testis est nobis, qui pro salute homi-
«num de suo maiestatis culmine de-
«scendens nostre humilitatis infirmi-
«tatem assumpsit, ut vos cupiamus in
«vinculo sancte pacis. quos ut addu-
«cerem(us), toto corde contendimus in
«unum gremium scilicet matris Ec-
«clesie; cuius causa nihil est quod fa-
«cere dubitemus nihilque est quod su-
«bire recusemus dum vos sublevemus
«in Deum, qui fideles suos, quo se
«magis humiliaverint, eo magis exaltat.
«hoc autem libenter nos facere gau-
«demus quidem in nobis, et gloriamur
«in Domino, ex cuius gratia venit ut
«digni simus habiti vestigia eius imi-
«tari. quanquam quid est quod si-
«mile illius in mente nunc posse facere
«videamur? nos enim ea relinquimus
«que certi sumus ex etate [*Cod.* exi-
«tare] ad longum tempus retinere non
«posse; administrationem deponimus
«quam rarum est continuare sine tedio,
«difficile exercere sine peccato, impos-
«sibile tenere sine periculo. toto ergo
«ad vos corde properamus, dum vestre
«salutis et communis pacis causa ea of-
«ferimus que ipsi iure quidem ausi es-

«setis postulare. Christianus populus,
«qui nobis verbo Dei subiectus est, ad
«hoc primum spectaculum se totus ere-
«xit, passis ulnis venturam unitatem
«expectant. nec differatis, quesumus
«per caritatem Dei, in vestrorum fra-
«trum amplexus convenire. hactenus
«enim quod restitistis, ignorantie dari
«potuit, quanquam nulla est detesta-
«bilior ignorantia quam que doceri re-
«nuit, nulla infeliciores quam que doceri
«non potest [*Cod.* posse]. nunc videte,
«ne, si quid iam herebitis, superbie
«animi possitis imputari, qua nullum
«est apud Deum abominabilius pecca-
«tum, nullum apud homines vitium
«magis invisum. sed et quo gaudea-
«mus per amplius, filii carissimi, Ec-
«clesiam quoque Grecorum, cuius per
«multos annos titulum in Catholica
«gessimus, in unitatem adducere spe-
«ramus. eius enim nunc in extremis
«temporibus renovande magnam in
«Domino spem concepimus, et, si opus
«erit, ad eius partes proficisci decre-
«vimus. o quando erit ut videamus
«optatissimam diem illam, qua, di-
«scussis tenebris istis et sublata omni
«contentione atque emulatione de cor-
«dibus, ab oriente et occidente nos in-
«vicem in caritate vera complectamur
«et osculemur, unoque ore et puro
«corde Deum omnipotentem laude-
«mus, eiusque sanctam, catholicam et
«apostolicam confiteamur Ecclesiam!
«hoc si prius videremus quam moria-
«mur, non possumus ex hac vita nisi
«felices (et) leti migrare, cum spe longe
«ampliore veniendi in illam supernam
«triumphalem Ecclesiam, in qua vera